Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36490
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

necdum uolunt subici ei. uerum adhuc inimicis 65
eius subiciuntur. Hos porro dicam. Nonne deo subdi
ta erit anima mea? Apud eum enim salutare meum. Et
duabus alis uolabant. et dicebant alter ad alterum sanctus
sanctus. sanctus. dominus sabaoth. plena est terra omnis gloria eius. et
eleuatum est super liminare. a uoce qua clamabant.
uoce ihesu christi. et uoce spiritus sancti. Si aliquis e nobis au
dierit clamantium uocem ihesu christi et sancti spiritus. eleuatur
super liminare. et altius fit quam eo tempore cum eleuatum
est. cum dictum est attollite principes portas uestras. et ele
uamini porte eternales. et introibit rex glorie. Et do
mus impleta est fumo. ex remissione ignis cuncta im
pleta est domus. Fumus autem uapor ignis est. Et dixi. O
miser ego quoniam conpunctus sum. quia cum sim homo et in
munda labia habeam. non possum sentire. quia humilia
uerit seipsum. Esayas uere dicit. testimonium dat
scriptura. quia mundentur eius labia ab uno seraphin.
qui missus est ad auferenda peccata eius. Unus autem
ex seraphin. dominus meus ihesus christus est. qui ad auferenda
peccata nostra a patre missus est et dicit. Ecce abstu
li iniquitates tuas. et peccata tua circummundaui.
Nec putes nature contumeliam. si filius a patre mittitur.
Denique ut unitatem deitatis. in trinitate cognoscas
solus christus in presenti lectione peccata dimittit.
et tamen certum est a trinitate peccata dimitti. Qui enim
in uno crediderit. credit in omnibus. Deferatur ergo mihi
de altario celesti forfex. ut tangat labia mea;
forfex domini si tetigerit labia mea. mundat ea;
Et si mundauerit ea. et circumciderit uiciis aptum uer
bo dei os meum. nec ulterius sermo inmundus exiet